

## Psalmus responsorius

Ps 117, 1 & 14-15. 16ab-18. 19-21 (R̄.: 21a)

R̄. Confitebor tibi, Dómine, quóniam exaudísti me.

vel:

Allelúia

- <sup>1</sup> Confitémini Dómino, quóniam bonus,  
quóniam in sáeculum misericórdia eius.
- <sup>14</sup> Fortitúdo mea et laus mea Dóminus  
et factus est mihi in salutem.
- <sup>15</sup> Vox iubilatiónis et salutis  
in tabernáculis iustórum: R̄.
- <sup>16a</sup> «Déxtera Dómini fecit virtútem!  
<sup>b</sup> Déxtera Dómini exaltávit me!».
- <sup>17</sup> Non móriar, sed vivam  
et narrábo ópera Dómini.
- <sup>18</sup> Castígans castigávit me Dóminus  
et morti non trádidit me. R̄.
- <sup>19</sup> Aperíte mihi portas iustítiæ;  
ingréssus in eas confitebor Dómino.
- <sup>20</sup> Hæc porta Dómini;  
iusti intrábunt in eam.
- <sup>21</sup> Confitebor tibi, quóniam exaudísti me  
et factus es mihi in salutem. R̄.